



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Homœon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

dicimus, bonum est virtus, malum infamia.

ve.

Dulce satis humor depulsis arbutus hœdis.
Et, Tale tuum carmen nobis diuine potas,
Qualis sepe sessis in gramina.

Gradatio.

Climax, & Ἀμακτό σχήμα ab Hermo- gene. Vide Climax. His tantum in Demosthe- ne inueniri hanc figuram notat item Hermo- gen. lib. 1. de formis.

Heterogones.

Heteroptoton, Heteroptospon, Heterarith- mon à vetere quodam Scholiaste Græco an- numerantur inter figuras grammaticas, satis ex notione sui nominis perspicue sunt.

Homœon.

Hæc figura fit, cum ex partibus aliqua simili- tudo colligitur. vt, Virg.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebas.

Etiã in actu fit homœon. vt idem Virg.

Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis.

Carthago aut antiqua Tyrus.

Cic. in Verrinis ait, succinctam Scyllam lup- pis, & canibus, cum pube tenus virgo sit, simi- lem esse Verris, & comitum illius, quibus qua- si canibus succinctus sit.

Homœoptoton.

Hæc in duobus verbis eundem habet casum, aut eandem nouissimam syllabam. Id est hu- iusmodi. In rebus aduersis, cui præsto est consilium, non potest deesse auxilium. Item Soficiatis, nam qui secundis rebus libenter assentientur, iidem simul, ac si fortuna contri- stauerit, primi insidiantur.

Homœoptoton simile in casibus. Hoc ex- co nomen accepit, quod membra illa, id est: καὶ in eisdem casus, cadunt ad hunc mo- dum: huic igitur socios vestros criminantis, & ad bellum vos exhortanti, & omnibus modis, vt in tumultu essetis, molienti. Hæc enim tria in eundem casum determinata sunt.

Homœosis.

Est, cum per similitudinem res præstantur. Cuius species sunt primæ duæ, paradigma, & parabole. Horum distantia est, quod para- digma facit vera exempla, parabole ficta ostē- dit.

Homœoteleson.

Hoc minus euidens est, quam homœopto- ton, & minorem affert auribus iucunditatem.

Nam neque tam paria duo verba sunt: ne- que eundem habent casum, & sonum vocis, quam Græci ἀρροδία appellânt. Id est huius- modi. Nam res pub. nostra ad hunc statum gloriae peruenit, non multitudine hominum, sed leuitate legum.

Horismus.

Hoc schema fit, cum definimus aliquam rem nostræ causæ, ad vtilitatem, neque tamen contra communem opinionem. Id est huius- modi. Nam virtutis labor, vera voluptatis exercitatio est. Sed fieri solet hoc schema non- nunquam ratione supposita, tum denique magis illustratur, ita vt fecit diues auarus. In villa ædem feci fortunæ. Crimen argui- tur temeritate illius, quæ tam locupletis co- pias dederit ei, qui odillet vii.

Hyperbaton.

Quod opportuna ordinis mutatione aliquid ex significatione mutando numerosam reddit orationem. Fab. lib. 8.

Hyperbole.

Alijs schema, alijs tropus videtur. Caterum fit, cum excedit veritatem sententia, apud Virg.

Qui candore niues antiorans, cursibus au- ras.

Hyperkathesis.

Ab Alexandro Rhetore nominatur inter fi- guras, fitque cum in comparatione rerum, aut personarum aliquas excipimus, cum quibus comparationem nullam inire volumus. ὡς ἂν ἄλλο μόνον παρόμοιον ἢ γένηται. Sic apud Homerum.

Ἀνδράσι μὲν προτέροιον ἐριζέμεν ὄγκῳ ἔσθῃ λήσω.

Ὅδῳ Ἡρακλείουτ' Εὐρώτῃ.

Hyperbole.

Subiectio, cum interrogamus aduersarios: aut querimus, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit. Deinde subijcimus id, quod dici oportet e contrario. vt, Amplum patri- monium relictum est? At patris bona vanaie- runt, &c. Cicero. 4. ad Herenna.

Hyperthesis.

Est figura sententiæ, cum aduersarium gestu, & pronuntiatione extollimus, vel abijcimus, & spernimus. Vt, in illo,

Cantando tu illum, meo vanaquam tibi fistula sera.